



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

47 Qvo Pacto Saepivs Et Qvidem Plvres, vna indocti atq[ue] inidonei
ordinentur sacerdotes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

latum beneficium in annuo habet proventu, nonnunquam etiam, quantum bimo. Ita enim altera portio exigitur Episcopo, & reliqua interim archidiacono, aut archipresbytero, p*ro* inuestura, vel possessionis traditione.

Insuper nimiumque pro viribus, illicitis exactionibus gra- 46
uant episcopi beneficia, subsidijs nimirum, nullae licet subsint
urgentes, aut illud sibi admodum postulantes causa, hoc est
quod iura vocant, manifeste & rationabiles, vltra etiam mo-
dum, quem iura communia in casibus euidentibus & neces-
sarijs praescribunt. Illis nepe casibus, quibus solis iura, substi-
dium ab ecclesiasticis erogari permittunt, fitque eius immodi-
co vsu, vt presbyteris vitae necessaria, vix aut certe ne illa
quidem relinquuntur. Demum & in totius populi caput hoc
retundat onus, quando ita praemuntur sacerdotes, vt respi-
rare eis non liceat, ni vicissim subditam plebeculam arrodant.
Ita ex onere seritur onus, eousque, vt nullum gratis, nisi nume-
retur semper aliquid, ministrat sacramentum, ecclesiaeque Chris-
tiana donum, ad quod tamen praecipuum gratis vt faceret,
darentque ea gratis, quae nullo are redimi possunt, atque ipsi gra-
tis accepissent, sacrosancti Euangelij attestantibus literis, te-
nebantur. At illud res ipsa fecit notorium.

QVO PACTO SAEPIVS ET QUIDEM PLV-

res, vna indocti atque inidonei ordinentur sacerdotes, 47
Item Archiepiscopi, episcopi, & eorum suffecti, quos Suffra-
ganeos vocant, saepenumero plures indoctos, idiotas, inha-
biles, vilesque, ac ludicras personas ad sacerdotij functionem
ordinant, qui cum ex ministerio ecclesiae, ad quod minus sunt
idonei, viuere non possint, tamen neque aliunde vel ex bene-
ficijs, vel proprijs hereditarijs bonis, vnde vitam presbytero
dignam, ducere queant, habent, sed tantum imaginarios
& fictitios, aliquando neque illos quidem, secum ferunt titu-
los, fitque dehinc, aut ex innata malicia, morumue leuitate, aut
qua praemuntur, aegestate (sicut res est maesuada fames) vt

Edm. W. B. 1711

inhonesta exerceant commercia, ac munia, sacerdotibus obeant indigna. Quæ res ansam subinde ministrat, vere ecclesiasticos, ac Christo sacros presbyteros floccipendendi, nihilicquæ faciendi, quæ illorum vita coram vniuerso populo offendiculis sit quæ refertissima. Interim a quibusdam episcopis sex corruptis testibus, ad hoc adhibitis, dignus ne sit sacerdotij munere, vel minus ordinandus, fides adhibetur, qui passim quoscumque indignissimos simulatis suis vocibus testantur dignos, ad quod hoc ministerium aptos ferunt & accommodos: licet non raro nullus personatorum illorum testium, ordinandum, vel de facie albus an ater sit, nouerit, conanturque ita Christianis sanctionibus, sub persona, fuce, atque fictitio tantum prætextu satisfacere.

DE IMPENSIS IMMODOICIS, QUAE IN ecclesiarum consecratione insumuntur.

48 Insuper quum ecclesias ac templa prætenuia quidem, deo dicant, sacrantque nonnulli suffraganeorum, subditos utcumque per se egestate laborantes, superfluis, minimeque necessarijs sumptibus onerant: neque hoc contenti, quin munera quoque, & illa quidem immodica, a misera plebecula exigant.

49 Item quum laici ecclesijs altaris donant ornamenta quaedam, necnon casulas, & similia, ac in dei honorem pecunias suas expendunt, nihilominus tamen Suffraganei exigunt, ut talia, priusquam ad altaris conuertantur usum, consecrentur, pro qua demum consecratione munera ac dona petuntur innumera. Quapropter æquum est, ut tales abusus deleantur, Et si Suffraganei frustra laborare nolint, ut vnicuique prælato aut plebano talia faciendi permittatur potestas.

QUEMADMODUM CEMITERIA NONNUNquam superflue, ac minime necessario consecrentur.

50 Demum si forte sine armis, pugnis tantum & capillis in cimiterio, duo, pluresue manus conferant, aut rixam habeant, ad sanguinis usque quantumuis modici effusionem, tum ad interdictorum.